



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 13. Franciscus Xaverius Mozambicum delatus, atque ibidem hyemare
coactus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

bi contagiosi, quibus navigantes dire-
 vexabantur, ingens Xaverio erant cha-
 ritatis incitamentum; omnibus enim
 infirmis solus ministrare gestiebat, eis-
 que infima quæque etiam ad nauseam
 provocantia exhibebat officia, suumque
 cubile in Xenodochium convertens, il-
 lud peste infectis replebat, ipse vero,
 dum quieti indulgendi necessitas urge-
 bat, in summo navigii tabulato cubans,
 caput suum ad funium fasciculos velut
 ad pulvinar reclinabat.

Sæc. XVI.
 A.C. 1541.

§. XIII.

*Franciscus Xaverius Mozambicum
 delatus, atque ibidem hyemare
 coactus.*

Tandem vero Sofa Indiarum Pro-Rex *Turfelin l. 1.*
 Bonæ Spei Promontorium præter *c. 15 & 16.*
 vectus, per longas itinerum ambages
 plurimas tempestates feliciter eluctatus
 est, ac naufragii metu in lætitiâ verso,
 ventisque secundis prospere afflantibus
 ad alterum Africæ latus, quod meri-
 diem inter & Orientem situm est, navi-
 gare cœpit. Inde vero sexcentas ferme
 leucas ceteri a Promontorio provecti,
 cum quinque jam integros menses in
 perpetua, eaque admodum incommo-
 da navigatione absumpsissent, tandem
 maximis defuncti periculis exeunte
Hist. Eccles. Tom. XXXVIII. B men-

Sæcul. XVI mense Augusto Mozambicum pervenerunt. **A. C. 1541.** Hic Zanguebariæ portus est, qui Septentrionem versus Abyssiniæ, ad meridiem vero mari Æthiopico interjacet, atque e regione Madascarensis insulam respicit.

§. XIV.

Solemnis Votorum sponsio ab Ignatio, ejusque Sociis facta.

Bouh. vie de S. Ign. l. 3. p. 217. **Orl. in hist. Soc. l. 3. n. II.** Dum hæc interea gerebantur, hoc anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo primo die decima septima Aprilis in festo Paschatis Ignatius Societatis suæ regimen in se suscipere cœperat, omnes vero ejus Socii, qui Romæ agebant, die vigesima secunda ejusdem mensis septem insigniora urbis templa, quæ præcipuæ vocantur *Stationes*, obibant, postea vero solemnibus votorum sponsione sese Deo devovebant. Celebrabant hanc solemnitatem in templo D. Pauli, ubi Ignatius peracta re divina ante Dominici Corporis sumptionem excepit solemnem Sociorum suorum professionem, quæ erat hæc: *Ego N. promitto Deo perpetuam paupertatem, castitatem & obedientiam juxta formam vivendi in Bulla Societatis Jesu. Insuper promitto specialem obedientiam summo Pontifici circa Missiones in Bulla contentas. Rursus promitto me obediturum circa erudi-*
tio-